

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1204

Auteur(s) : Guy, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Bayeux (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1253, 12 février

Lieu d'émission : Bayeux

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

Guy, évêque de Bayeux, termine un différend entre le doyen et le chapitre de Bayeux, d'une part, l'abbé et le chapitre de Saint-Étienne de Caen, d'autre part : il règle que le premier tiers de la dîme d'Anguerny, avec le droit de patronage, appartient au chapitre de Bayeux ; le second tiers de la dîme à l'abbaye de Saint-Étienne ; le dernier tiers, avec les maisons, la grange, toute la terre de l'aumône, etc., au curé, sauf les droits de l'évêque et de l'archidiacre. (En marge du ms. : « Ad obitum G[uillelmi] decani. »)

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCCXVI, t. 2, p. 143-144.

Dissertation critique

Le 12 février 1252 est proposé par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Universis præsentes litteras inspecturis, Guido, divina permissione Baiocensis ecclesiae minister humilis, salutem in omnium Salvatore. Noveritis quod, cum contentio esset inter viros venerabiles decanum et capitulum Baiocense, ex parte una, et viros religiosos abbatem et conventum Sancti Stephani Cadomensis, ex altera, super jure patronatus ecclesiae de Aguerneio quod utraque pars ad se spectare dicebat, et super duabus garbis decimæ ejusdem ecclesiae quas dicti decanus et capitulum ad se spectare dicebant, tandem dictæ partes quicquid juris habebant in prædictis ecclesia, decima et patronatu, et eorum pertinentiis, in manu nostra posuerunt, promittentes hinc inde se ratum habituras et firmiter observaturas, haut et bas, quicquid super prædictis omnibus ordinaremus. Nos autem, de consilio bonorum virorum, ordinavimus in hunc modum : tertia garba tocuis decimæ dictæ ecclesiae, cum jure patronatus ejusdem, penes decanum et capitulum, eorum usibus profectura ; similiter, tertia garba dictæ decimæ penes dictos abbatem et conventum, ad ipsorum usus proprios ; alia vero tertia garba, cum domibus, et granchia, et tota terra elemosinæ, et omnibus aliis obventionibus, proventibus et pertinentiis ecclesiae ejusdem, penes rectorem ejusdem, qui pro tempore fuerit, pleno jure, salvo tamen jure pontificali, perpetuo remanebunt, eo salvo quod archidiaconus loci, cujus jus quantum ad porciones decimæ dictis decano et capitulo et dictis abbati et conventui deputatis aliquantulum læsum esse videtur, de utraque porcionum istarum tres sextarios ordeï, ad mensuram de Aguerneio, perciperet annuatim. In cujus rei testimonium viri venerabiles et discreti decanus et capitulum

Baiocense, viri religiosi abbas et conventus Sancti Stephani Cadomensis prædicti, sigilla sua una cum sigillo nostro præsentibus litteris appenderunt. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, die mercurii proxima post octavam Purificationis beatæ Mariæ Virginis.